Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



THRENI

Quomodo Aleph
obtexit caligine in furore
suo dominus filiam syon:
proiecit de celo terram magnitudinis israel:
et non est recordatus scabelli pedum
suorum in die furoris sui. Beth. Proiecit
praecipitauit dominus nec pepercit. omnia
speciosa iacob destruxit in furore
suo: munitiones uirginis uidua
deiecit in terram: polluit regnum et
principes eius. Gimel. Confregit
in ira furoris omne cornu israhel.
auertit retrorsum dexteram suam. a fa
cie inimici: et succendit in iacob
ut ignem flammae deuorantis in
gyro. Deleth. Tetendit arcum suum
ut inimicus. firmauit dexteram sua
ut hostis: et occidit omne quod pulchrum
erat uisu in tabernaculo filie syon:
effudit ut ignem indignationem
suam. He. Factus est dominus ue
lut inimicus: praecipitauit israhel.
praecipitauit omnia menia eius.
dissipauit munitiones eius: et
replenit in filia uida lamentationem
et lamentatam. Vau. Et dissipa
uit ut ortum tentorium suum: de
molitus est tabernaculum suum.
obliuiom fecit dominus in
syon festiuitatem et sabbatum: et in
opprobrium et indignationem fur
oris sui regem et sacerdotem. Zay
Repulit dominus altare suum. ma
lediuit sanctuarium suum: tradidit
in manu inimici muros turrium eius:
vocem dederunt in domo domini sicut
in die sollempni. Heth. Cogita
uit dominus dissipare murum
filie syon: extendit funiculum suum:
et non auertit manum suam a perdi
one: luxitque antemurale: et murus
pariter dissipatus est. Teth. De
fixe sunt in terra portae eius: perdidit
et contriuit uectes eius: regem eius et
principes eius in gentibus. Non est
lex: et profetae eius non inuenerunt
uisionem a domino. Ioth. Sedent
in terra. siluerunt senes filie syon
conspersuerunt cinere capita sua: accin
ti sunt silicis: abiecerunt capita sua in terra uirgines
iuda. Coph. Defecerunt prae lacrimis
oculi mei: conturbata sunt uiscera
mea: effusum est in terra iecur meum.
super contritione filie populi mei: cum
deficeret paruulus et lactens in platheis
oppidi. Lameth. Matribus suis di
xerunt ubi est triticum et uinum. cum
deficerent ut uulnerati in plateis ciu
tatis. cum exalarent animas su
as in sinu matrum suarum. Men.
Cui equabo te uel cui assimilabo te
filia hierusalem: cui exequabo te et con
solabor te uirgo filia syon: magna
enim uelut mare contritio tua quis
medebitur tui. Nun. Prophete tui uide
runt tibi falsa et stulta: nec apere
bant tibi iniquitatem tuam ut te
ad penitentiam prouocarent. Viderunt
autem tibi assumptiones falsas et
eiectiones. Samech Plauserunt
super te manibus omnes transeuntes
viam: sibilauerunt et mouerunt capi
ta sua super filiam hierusalem: hecccine est
urbs dicentes perfecti decoris. gau
dium uniuerse terre. Ayn. Aperuerunt
super te os suum omnes inimici tui:
sibilauerunt et fremuerunt dentibus. et
dixerunt deuorabimus. En ista est di
es quam expectabamus. inuenimus et
domus. Pe. Fecit domino quod
cogitauit: impleuit sermones suos
quos preceperat a diebus antiquis: de
struxit et non pepercit et letificauit